

annuatim XII choros frumenti Nuenburgensis mensura maioris persolventia sub titulo concambii perpetuam in proprietatem ecclesie nostre suscepimus, pro quibus eidem Portensi ecclesie bona nostra in Scobkowe tria talenta et solidos XV annuatim solventia sub predicto titulo contradidimus, resignante eadem bona Erkenboldo de Grizlawe in manus marchionis Theoderici et marchione in manus nostras nobisque prenominate 5 Portensi ecclesie in liberam possessionem et perpetuam proprietatem ea cum consensu canonicorum nostrorum contradentibus. — — Acta autem sunt hec anno ab incarnatione domini M^o CC^o III^o, indictione VI^o, in Aldenburg castro imperatoris.

70.

Landgraf Hermann I. bekennt, daß das Kloster Pforta von seinem Dienstmann Egelolf von 10 Bendeleben eine Hufe in Eberstedt für 15 Mark gekauft habe. 1203 [Januar—Sept.].

*Hdschr.: Dipl. Port. (Sacc. XV.) fol. 100 (A) und Transsumptbuch fol. 177 (B) Bibliothek der Laulesschule Pforta.
Phot. II. St. A. A, weniger sorgfältig, läßt einen großen Theil der Zeugen weg.
Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforta 74.*

In nomine sancte et individue trinitatis^a). Hermannus divina favente clemencia 15 Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Ad hec nobis a divina largitate terrene potestatis apicem collatum cognoscimus, ut ecclesias Christi et ipsarum bona fide et iusto titulo acquisitas possessiones et possessas proprietates contra violentas improborum infestaciones scuto iusticie defensemus. Inde est, quod nos universitati fidelium tam presentis etatis quam future posteritatis manifestum esse volumus, quod Portensis ecclesie 20 fratres data pecunia quindecim marcarum mansum unum in Eberstede annuatim vel talentum vel tres frumenti mensuras Erfordiensis solventem ab Egelolfo de Bendeleben ministeriali nostro et^b) uxore eius heredibusque suis consencientibus coemerunt. Quem^c) mansum uxor eiusdem Egelolfi, quia iuri eius attinebat, cum heredibus suis in manus nostras consignavit eo condicionis tenore, ut idem maritus suus aliam ei possessionem 25 tantundem solventem in recompensacione contraderet, quod et fecit in villa, que Hunegyn nuncupatur^d). Nos vero eundem mansum ab omni iure advocatorum, villicorum vel alia publica exactione liberum cum omni utilitate et attinenciis suis, viis et inviis, cultis et incultis Portensi ecclesie collecta manu heredum in liberam et perpetuam proprietatem contradidimus. Et ne aliqua inposterum a quocumque violencia vel iniuria predictae 30 ecclesie in eadem possessione irrogetur, districte per iuris severitatem prohibemus. Ut ergo hec nostra donacio rata et inperpetuum inconvulsa permaneat, presentem exinde paginam conscribi et sigilli nostri impressione^e) insigniri ydoneorumque testium subscriptione fecimus communiri. Quorum nomina sunt hec: Hermannus abbas de Gerroth. Ekkehardus prepositus Goslarie et^f) protonotarius noster. Gerlacus de Heldrungyn 35 canonicus Nuenburgensis. Hugo de Schidingin canonicus Nuenburgensis. Reinhardus

70. a) amen A. b) et fehlt A. c) quam B. d) quod—nuncupatur fehlt A. e) inpensione A. f) et fehlt A.